



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Compendium Privilegiorum, Et Gratiarum Societatis Jesu

Pragae, Anno M.DCC.III.

VD18 13723553

Vota.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65423)

VOTA.

§. I.

Tria vota simplicia, ex Apostolica institutione, & declaratione, verè substantialia esse.



Tria Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ vota, post biennium Probationis in Societate emissa, etsi simplicia, ex Apostolica institutione & declaratione, verè substantialia Religionis vota esse, & in illis non nisi per Sedem Apostolicam dispensari posse, nullòque alio modo, quàm per legitimam à Societate dimissionem ea cessare, habetur in Constit. Gregorii XIII. pag. 77. & seq.

§. 2.

Non claudicat contractus, &c. in votis simplicibus.

In simplicibus Societatis votis, nec contractus vitiosè claudicat, nec injustitia ulla intercedit. Gregorius XIV. in sua Constit. pag. 97.

§. 3.

In votis simplicibus Professorū solus Papa post dispensare.

Vota simplicia Professorum, de non relaxandis Constitutionibus in materia pau-

pertatis, & non ambiendi extra Societ.
sunt dispensabilia à solo Papa. Paulus v.
per Bullam dat. 31. Jan. 1618. Incipit: *ex
incumbenti*; quam retulit, & confirmavit
Urb. viii. per Bull. dat. 25. Jan. 1631. In-
cipit: *Vota qua Deo fiunt.* est 160. in Bull.
communi. p. 113.

§. 4.

Obligant etiam post dimissionem.

Votum supradictum, non ambiendi,
non cessat obligare, per quamcumque di-
missionem à Societate. Urb. viii. per
Bullam dat. 21. Maji 1635. Incipit: *Cum
sicut accepimus, &c.* est 196. in Bull.
comm.

De votorum commutatione, vide ver-
bo *Commutatio*; & de eorum dispensa-
tione, vide quæ dicuntur verbo *Dispensa-
tio.* §. 10.

Vota Societatis, vide verbo *Religiosus.*
§. 1. Et quoad irritationem Matrimonii,
vide verbo *Apostata.*

